



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 132. Condæus Princeps Parisios reversus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](#)

Sæc. XVII. brarum, ut, & militibus, quæ debentur  
 A. C. 1616. stipendia, & quæ in bello hoc contracta sunt, debita alia exsolvere inde possint, a Rege suppeditentur. Decreta sunt hæc, & a Rege, Reginaque Matre confirmata die sexta Maij, qua die pax hæc Lutetiæ Parisiorum promulgata fuit, lecto in plateis mandato Regio.

Decimo post die Rex cum Conjuge sua Parisios advenit, ingenti pompa, populique lætitia exceptus: demum vero Condæo, ceterisque tam Catholicis, quam Reformatis quindecim centena millia librarum Rex, uti caverat, suppeditabat, ut Germani milites dimitti, atque ad fines Germaniæ secure deduci, ceterisque militibus stipendia, contractaque debita persolvi possent.

### §. CXXXII.

#### *Condæus Princeps Parisios rcversus.*

*Serran.* Firmata utrinque pace Principes ad  
*Franc. Hist.* aulam rediere, & primi quidem  
*pag. 935.* Mayenius, & Bullionius Duces, quos  
*Calmet hist.* Univ. l. 151. Rohanius Dux, Rosnius Marchio, &  
*Gramond.* Comes Candalius sequebantur, Parisios reversi sunt, Condæus vero literis  
*Hist. Gall.* Regiis iterato vocatus, Rupefortium  
*lib. 2.* ablegabat, qui valetudinis curandæ obtentu absentiam excusaturus, simul Regi expo-

exponeret, quod ad aulam redire haud Sæc. XVII.  
 posset, nisi prius omnibus, præcipue A.C. 1616.  
 circa exules Piætavienses, adimpletis  
 concordiaæ Legibus, sibique soli, exclu-  
 sis etiam suæ factionis Proceribus, con-  
 cessa Senatum ingrediendi, ac præsi-  
 dendi facultate. Annuente igitur Re-  
 ge huic petitioni Condæus die vigesima  
 Julii Lutetiam ingressus est, magnis  
 honoribus exceptus. Advenerat quo-  
 que die prima Augusti Hayesius patria  
 Scotus a Jacobo I. Angliæ Rege eo fine  
 allegatus, ut de connubio inter Caro-  
 lum Walliæ Principem, & Christinam  
 Ludovici XIII. Sororem ineundo age-  
 ret: Ea autem jam Sabaudi Ducis Filio  
 promissa, Orator re infecta in Angliam  
 reversus est: Paulo ante idem Rex An-  
 glus Egmondum Oratorem suum in  
 Franciam decernebat, qui de pace cum  
 Rege, & Principibus ageret: *sæcum*  
*atrox*, inquit Gramondus, quo se *omnis*  
*secta mancipabat extero Regi*, data *prævia*  
*fide*, si res posceret, neque mirum ita cen-  
*suisse Sectarios*, quorum semper præcipua  
*fuere studia in Regem Anglum*, quid aliud  
*est pati exterum Principem*, mediatorem a-  
*gere Regem inter & subditos*, quam pre-  
*cario illis lege dicta, trahere in alienum ar-*  
*bitrium jura dominii?*